



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Luna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A qua caudata Simia, & propter eam similitudinem ipse quoque *Cercopithecus* appellatur. Sed enim nos Cynocephalus si corporatura major, validior, efferatiorque; est faciei caninae similior, unde & nomen apud Graecos accepit: quamvis multa in hoc genere sunt quae humanam potius faciem, quam caninam referunt, facileque apud nos mira mansuecunt cicuratione. Cynocephalorum, de quibus hic agimus, lacte & Numida & Menisimi vivunt, armentis ex eo genere comparatis, maribus praeter sobolis causam interemptis: quod ideo dictum volui, ne quis Cynocephalum hunc, de quo dicturi sumus, accipiat, ut multi perperam, pro genere illo hominum, quod & Megasthenes, & plerique alii prodidere, capitibus esse caninis, pro voce latratum edere, ferarum pellibus velari, anguibus venatu & aucupio vesci. Nam, ut optime nostri, agrestes homines huiusmodi Pausanias ab Euphemo quodam ex Caria oriundo, visos tradit in insulis Oceani, quo tempestate delatus fuerit, quum in Italiam navigaret.

LUNA. CAP. II.

B Cum primis autem Cynocephalus Lunae erat hieroglyphicum: propterea quod animal id pari quodam afficitur consensu eum Lunae coitu. Nam ipsa eadem hora qua Luna, nullo illuminata candore Soli conjuncta transit, nobisque videtur penitus evanuisse: Cynocephalus mas ipse quoque visu deficere comperitur, neque interim cibum capit, sed humi procumbens aegre habet, quasi Lunae raptum ingemiscat. Foemina vero praeter id quod ea quoque luminibus capitur, & cum mari pari afficitur aegritudine, sanguinem insuper egerit est natura. Quapropter aiebantur in templis Cynocephali, ob id potissimum, ut Solis & Lunae coitus exploratissime deprehenderetur. Hinc Cornelius tradit Simias tristes Luna cava: nam affectus idem omnino in id genus omne diffunditur, quamquam in Cynocephalis & major & exploratior est.



Visu deficiente in Cynocephalo.

LUNAE ORTUS. CAP. III.

ADORATIO.

A Pud eosdem Aegyptios sacerdotes Cynocephalus stans Lunae ortum significabat, atque ad eam speciem addebant, ut manus in caelum sublatas haberet, & diademata Regium capite gestaret; propterea quod, ut dicebamus, Cynocephalus valde sollicitus est super ortu Lunae, qua cava angore afficiatur, prorsusque caecutiatur. Simul ac ea caeperit illucescere, & ipse visus particeps fieri, quasi Deo agat eo gestu gratias & sacerdotii ornatu quodam instructus indeptam, utrique lucem gratuletur, eo quo diximus hieroglyphico figuratur. Ideo vero stantem pingi voluerit, quod stare conveniat adoranti, quem morem fuisse etiam apud Romanos indicat Val. Martialis in Epigram.



Cynocephalus erectus, adorationis hieroglyphicum.

D Multis dum precibus Jovem salutat,
Stans summos resupinus usq; in ungues Aethon.
Porro adoranda novae Lunae morem, & manus in prece sustollendi, Horatius attigit Ode illa:
Caelo supinas si tuleris manus,
Si thure placarum, & horns
Nascente Luna rursus Phidile,
Frugum Lares, avidaque porca.
Quinetiam Virgil statum & sublatis in caelum manus esse adorationis indicium ostendit: ubi Anchisen inducit observato augurali portento illo, quo flamma caput Aescanii corripuerat, mollesque comas tactu innoxia lambere visa fuerat: is namque,
Oculos ad sidera lectus
Extulit, & caelo palmas cum voce tetendit.

Caron. lib. 7. Od. 12.

Aenid. lib. 3.